



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Formularium Episcopale

Barbosa, Agostinho

Coloniae Agrippinae, 1680

Formula XCV. Erectionis Confraternitatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10456

legari possit, volumus præsentes has nostras litteras in valuis Metropolitanae prædictæ affigi, ut peraffixionem illarum omnes citentur, ac teneantur, ac si personaliter moniti, requisiti, ac citati essent. In quorum fidem præsentes nostras litteras propria manu subscriptas, nostro Sigillo muniri jussimus. Dat. Bracharæ Augustæ &c.

FORMULA XCV.

Erectionis Confraternitatis.

DRodericus &c. Universis & singulis has præsentes litteras inspecturis ac lectoris salutem in Domino sempiternam significamus, qualiter pro parte R. P. Guardiani & Fratrum Ordinis N. Ecclesie N. fuit nobis præsentata supplicatio quædam, ad effectum intus dictam Ecclesiam S. N. construendi & ædificandi Capellam unam sub invocatione Conceptionis Beatissimæ Virginis, ad honorem omnipotentis Dei, & remissionem peccatorum populi, cum potestate erigendi Confraternitatem, ac librum conficiendi, & in eo adscribendi omnes Confratres dictæ Confratriæ adscribi volentes. Nos ergo hujusmodi attentes supplicationi non esse denegandum assensum, seniore præsentium licentiam concedimus, & impertijmunt prædicto R. P. Guardiano, & Fratribus ejusdem Ecclesie S. N. Ordinis N. erigendi construendi, & ædificandi prædictam Capellam intus præfataam Ecclesiam, sub

invocatione Conceptionis B. Virginis, illamque cum campanili, campanis, cœmeterio, calicibus, patenis, ornamenti & paramentis Ecclesiasticis in ea existentibus juribus, & pertinentiis Ecclesiæ prædictæ, accipiendo, & gaudendo omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, immunitatibus, exemptionibus, indulgentiis, indultis, & gratiis solitis, & consuetis, ac etiam à nobis conceditis, scilicet quadraginta dierum indulgentiam, si quas habet tam Capella ipsa, quam prædicta Confratrica, & in prædictis, & circa prædicta nostru assensum pariter & consensum impartimur. Mandantes prædictis omnibus, & singulis Abbatibus, Vicariis, Rectoribus, Presbyteris, & Clericis nostræ jurisdictioni subjectis, sub pena excommunicationis, qualiter prædictum R. Guardianum & Fratres circa præsentem erectionem ac constitutionem dictæ Capelle Confraternitatis construenda intus prædictam Ecclesiam non impedian, & molestant, & qui in dicta die præsentes erunt, gaudeant præsentibus indulgentiis à nobis concessis. Imò omne auxilium, consilium, & favorem præstent, amo-to exinde quolibet alio illegitimo detentore, prout nos per præsentes amovemus. Contradictores quoque, & rebelles per censuras Ecclesiasticas compescendo. In quorum omnium & singularium fidem &c.

FOR-